| 3. | molle,      |        |                      | molliter profertur.    |
| 1. | mi          | } quia | } per mi concinitur. |                        |
| 2. | h quadratū, |        |                      | quadratā retinet formā |
| 3. | durum.      |        |                      | duriter cantatur.      |

A quibus, Scalæ bmollis & hdura, Cantusq; bmollis et hdurrus nomina sua ad-

D 2

ciscunt.

eiscunt. Quandoquidem Scala et Cantus  
bmollis, uocem mollem, fa & hduralis, du-  
tam scilicet mi in h. Clauē flagitant.

### De ficto Cantu.

Verum si peregrinum locum sibi uen-  
dicant, ficti cantus inditium sunt, ubi ali-  
quoties fa in e. a. d. & mi in d. G. c. profe-  
runtur. Est igitur cantus fictus, qui præter  
Clauium naturam, per fictas seu peregrinas  
accinitur uoces. Dicuntur autem uoces fic-  
tæ, quæ in aliqua Clauium modulata, &  
nec in ea, neq; in eius octaua locum habent.  
At si in Octauis habuerint correspondenti-  
am, non fictas, sed ueras uoces appellatas uo-  
lunt, ut pote cum la seu mi in Are canun-  
tur, sunt ueræ uoces, quia octaua sua scilicet  
alamire, eas ambit, et sic de reliquis.

### De Clauium transpositione.

Clauium transpositio, est clauis cha-  
racteristica, de linea una ad aliam tradu-  
ctio. Ob nimium cantus ascensum uel des-  
censum, reperta. Quam, ceu rem ad Solmi-  
sationem pernecessariam, Tyronibus mini-  
me negligendam esse censeo, Porro in con-  
cen-

centu mensurato, propter Notularum uelo-  
citatem, raro usurpatur. Quia perpetuo uel  
quinque lineis utuntur, uel, si opus fuerit, po-  
tius sextam adiciant lineam, de qua talis  
datur.

### Canon.

Quantum Clavis transposita eleuatur,  
tantum Nota sequens a loco suo deprimi-  
tur. Et quantum remittitur. Clavis, tantum  
rursus Nota intenditur, ut hic uidere est.

### Graphice sic. Philo.


Transpositas, unam per normam discute, Claves,  
Quantum conscendit clavis, tantum Nota rursus  
Descendit, uerso quoque sic intellige sensu.

### Paradigma.


D 3

Sanc,


Dis.





Ten.



Alt.



Bass.



### Caput V. de modis uel interuallis.

Interuallum est grauis acutiq; soni distantia. Vel, est uocis magnitudo, binis comprehensa pthongis, non eundem tenorem habentibus. Et dicitur, hoc loco, illud quod omittitur ab una notula ad aliam, penes ἀόρα σιν και θέσιν Dicitur etiam modus, a moderando, eo quod cantus per eum moderatur, regitur seu canitur. Quemadmodum igitur Monas in Arithmetica, in qua unitatum collectio

lectio

lectio desideratur, non numerus, sed numerorum aliorum exordium est, & punctus in Geometria, cui longitudo deest, non linea, sed lineæ initium, Ita Unifonus in Musica, quod in eo, nec acumen, neq; grauitas existat non Modus sed modorum cæterorum basis est.


Et nouem sunt Modi usitatores, uide licet.

ἡμίτονος, τόνοσ, ἡμιδίτονος,  
δίτονος, διάτισσαρων, διάπέντε,  
ἡμιτονόσδιὰ πέντε, τόνοσδιὰ πέντε,  
διάπασῶν.

### Unifonus.

Est perpetua, eiusdem uocis, repetitio, absq; omni intensiōe, aut remissione, adita. Habetq; fieri, cum geminæ pluresue Notulæ super idem spacium, aut eandem lineam locantur, ut hic cernitur.

### Paradigma.



I. Semitonium minus,

D 4

Est

Est mollis intensio uocis, de mi ad fa  
proximū, et remissio de fa ad mi. Alias secū-  
da minor seu mollis appellata, quia quat-  
uor duntaxat construitur commatis, ut  
proximum subiunctum exemplū docebit.

## II. Tonus,

Est ualida, uocis a syllaba in uicino,  
rem (dempto mi fa) eleuatio uel depressio,  
hoc modo, ut re, re mi, fa sol, sol la, & ediuer  
so. Vulgo secunda dura uel maior uocata,  
quia nouem constat Commatibus. A tonan-  
do, id est, fortiter sonando, nomen habens,  
τονοῦ enim græce, intendo uel roboro latine  
significat, et τὸνοσ firmitas seu uigor dici-  
tur. Nimirum accurata Semitonij et Toni  
obseruatio, reliquos modos omnes, quia so-  
lum ijs conflantur, confestim patefacient.  
Nam quid aliud est Semiditonus, quam To-  
ni ac Semitonij & Ditonus duorum Tono-  
rum, syntaxis & sic de cæteris, ut in subie-  
cto exemplo.

### De Semitonio ac Tono pa- radigma.

Se:to:

Semitono:

Tonus



Et sic ediuerso.

## De Commate.

Comma, hoc loco, est tenuissimum duorum sonorum Interuallum, quorum nouem unum integrum constituunt Tonus, id est, perfectam (ut uocant) Secundam. *κομμα* græce, incisio latine dicitur. Et est excessus Maioris Semitonij supra Minus. Cuius phthongi haud facilius quam in Monochordo inuestigari, audituiq; pateferi possunt. Est igitur penitus inusitatum et incantabile interstitium.

## De Toni et Semitonij discretione.

Tonus & Semitonium sic differunt, Tonus namq; nouem, Semitonium uero minus quatuor duntaxat Commatis componitur. Est autem duplex Semitonium, Maius quod quinque, & Minus quod quatuor construitur commatibus, ex quorum co-

D 5


ceruati-



ueruatione Tonus constituitur perfectus. Di-  
 citur autem Semitonus, non quasi dimidi-  
 us, sed quasi imperfectus Tonus. Nimirum  
 cum Tonus nouem complectitur comma-  
 ta, in duas partes æquales secari nequit, ut in  
 Figura cernitur subiuncta.

De Toni diuisione, Typus.

Tonus diuinitur in duo Se-  
 mitonia, uidelicet in ma-  
 ius & minus.



III. Semitonius uel Tertia minor.  
 Est

Di  
di  
um  
na  
in

Est intercapedo de phthongo ad tertium, Tono ac Semitonio constructa. Cuius duæ sunt species, re fa, mi sol, ut in exemplo sequenti uidere est.


### III. Dítonus seu tertia maior.

Est modus a sono ad tertium, binis Tonis integris consistens, quare tertia maioris nomen habet. Quæ æquo modo duas possidet species, ut mi, fa la, hoc modo.

#### De Semidíto. ac Díto. exem.

Semidi.

Dítonus.



1.

2.

1.

2.

re fa. mi sol. ut mi. fa la.

### V. Diatesaron uel quarta.

Est uocis, a sono in quartum, de ductio, binis Tonis unoq; Semitonio constans. Et dicitur a δια quod est per, et τεσσαρες quatuor, Nam perpetuo ibi de uno ad quartum concinitur phthongum. Cuius species sunt tres, ut fa, re sol, mi la, ut proximo exemplo subiecto cernetur.

VI. Di.

## VI. Diapente seu quinta,

Est uocis, a phthongo in quintum, intensio seu remissio, ex ternis Tonis Semitonioq; uno contexta. Et dicitur a δια id est per, & πεντε quinq; , quia semper ibi a sono ad quintum fit transitus. Species habet. 4. ut sol, re fa, mi mi, fa fa, ut hic uidere est.

De Diatess. & diapente exem.

Diatess. diapent.

1. 2. 3. 4. 2. 3. 4. 6.

## VII. Semito. diapent. uel sexta minor.

Est duorum sonorum per sextam molelem, distantia, tres Tonos cum binis Semitonijis complectens. Qualis est cum per sextam concinitur re fa, mi fa, mi sol, ut in exemplo proximo sequenti indicetur.

## VIII. Tonus diapente uel sexta maior.

Est arsis thesise per sextam duram, quatuor

uor

uor Tonis Semitonioꝝ uno constans, Ex-  
emplo sunt ut la, re mi, ut sequitur.

De Semíto. diápent, & Tonoꝝ  
diapente,  
Paradigma,

Semto: diápent.      To: diápent.



1.      2.      3.      1.      2.

IX. Diápason uel Octaua,

Est eleuatio depressiōe uocis a sono  
ad octauum, Ex quinq; Tonis geminisq; Se-  
mitionijs digesta. *διάπασων* dictum a *διά*,  
quod est per & *πασων*, omnes. Siquidem pre-  
dictos modos omnes omniaq; uocū disci-  
mina intra se complectitur. Habetq; tot spe-  
cies, quot clauium sunt literæ. Primam octa-  
uam causant A. & a. Alteram B & b. Terti-  
am C. et c. quartam D. & d. Quintam E. et e.  
sextam F. et f. Septimam G. & g. ut in hoc  
cernitur paradigmate.

Paradigma.

A. H.



A. H. C. D. E. F. G.  
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

### De modis prohibitis.

Modi inusitati sunt Tritonus, trium Tonorum quarta, a fa in F, ad mi in h. Semidiapente quinta de mi in fa, exemplo est Eb, geminis Tonis totidemq; Semitonijs compacta. Septima, Semidiapason, Nona, 10, 11, 12, 13, 14 & ceteri extra Diapason modi. Ita dicti, quia eorum ob ineptiam, difficultatemq; in cantibus planis nusquam, in mensuratis uero rarissime usurpantur. Quorum notitia Symphonistis, qui illos cum in simplici Tonorum syntaxi, tum in partium diuersarum compositione uitare tenentur, plurimum confert.

### Caput VI de Tonis.

Tonus, hoc loco, lex est, seu regula, secundum quam cuiusuis cantus cursus ac melo-

melodia in initio, medio ac fine statuitur.  
Et sunt octo, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, Quibus pri-  
sci quatuor dedicauere Clauēs finales, uide-  
licet D. E. F. G. Porro perpetuo bini et bi-  
ni in eadem exeunt Clauē. Primus enim, &  
secundus in D. 3 & 4. in E. Quintus cum sex-  
to in F. 7. et 8 in G, ut sequetur.

## Metrica Toni descriptio.

Philo.

Regula principij Tonus est, finis, medijsq;.

Ponimus octo Tonos, quamuis ueneranda uetustas

(Teste Scuerino) fuerit contenta quaternis.

De 4. Finalib. tonorum canonicorum.

### VVenccl:philo:

In D. protus deuterq; sedet, cum quarto in E. tritus

Quintus in F. cum sexto, Octauo septimus in G.

Exitus est idem, uariatur origo Tonorum.

Quemlibet igitur Tonum in ijs termi-  
natum Clauibus, quod priscorum imitatur  
regulas, regularem appellatum uolunt. At si  
alibi definit concentus, irregularis seu tran-  
spositus nominari solet, ut paulo post tra-  
detur.

De

## De diuisione, ac Ambitu Tonorum,

Discernunturq; octo Toni bifariam,  
in acutos & graues. Acuti sunt quatuor, i. 3.  
5. 7. Ita nuncupati, quod acutas, scilicet ad  
diapason supra finales eleuatas, subterq; ni-  
hil, uel ad proximam modo remissas, æ-  
dunt cantiones.

### Annotatiuncula.

Obseruabunt hic pueri, quod Tonos,  
quos Acutos nominamus, prisca Autentos  
seu Dominos, & quos Graues nuncupamus,  
plagales uel seruos appellauere, ut sequitur.

### Aristo.

*Autentos dominos dicas, seruosq; plagales,  
Autenti sursum tendunt, seruiq; deorsum,  
Impar dat numerus Autentum, parq; Plagalem.*

1. 3. 5. 7.

2. 4. 6. 8.

## De Tono autentico.

### Philo.

*Impare de numero Tonus est Autentus, in altum  
Cuius neuma salit sede à propria, Diapason  
Pertingens, à qua descendere uix datur illi.*

De

## De Grauibus Tonis.

Graues sunt cæteri quatuor, 2. 4. 6. 8. Ita dicti, quia graues creant cantilenas. Siquidem carmina eorum a finalibus ad diapenten, uel ad sextam duntaxat consurgunt, ad diateffaronq; decidunt. Qua de causa Intensæ modulationes Acutis, remissæq; Grauibus uendicentur Tonis.

## De plagali Tono.

Vult pare de numero Tonus esse plagalis, in ima Ab regione sua descendens ad diapenten, Cui datur ad quintam, raroq; ascendere sextam.

## Annotatiuncula.

Octo, sursum, Tonum, tanguntq; deorsum & Acuti.

|     |     |     |     |
|-----|-----|-----|-----|
| 1.  | 3.  | 5.  | 7.  |
| Dh. | Eh. | Fb. | Gh. |
| 2   | 4   | 6   | 8.  |

Ad quintamq; Graues surgunt, diateffaronq; labuntur.

## De Tonorum repercussionibus.

Repercussio Toni, est peculiaris consonansq; cuiusuis Toni intercapedo, ubi maior cantilenæ pars fere consumari solet, ut sequitur.

**E**

**Para-**



## Paradigma.



re la. re fa. mi fa. mi la. ut sol. fa la, ut sol, ut fa.

## De Tonorum cognitione & uarietate.

Tonus est triplex, perfectus, imperfectus, & mixtus. Perfectus, est qui suum perficit Diapaton. Siquidem quilibet Tonus perfectus ex octo constituitur Clauibus. Et cognoscitur, quemadmodum reliqui omnes, bifariam, primo in fine, ut supra de finalibus tradidimus. Secundo ex cursu in medio, ut si acutum compleuerit ambitum, scilicet diapason supra finalem, & nihil uel proximam tantum infra tetigerit acuto, Si grauem hoc est, diapenten sursum, diateffaron, & deorsum, graui adscribetur Tono.

Imperfectus Tonus, est qui Octauam suam non integrat. Cuius harmonia haud dexterius, quam in medio iuxta intensam repercussionis suæ Notulam, censetur. Ni-

mirum


mirum si concentus huiusmodi circa supre-  
mam, acuti Toni Repercussionis Notam,  
crebrius uersatur, quam grauis, acuto uendi-  
cetur Tono. Cum autem grauis Toni reper-  
cussionem sæpius quam acuti, attingit, Gra-  
ui.

## De Tono neutrali uel imperfecto.

*Qui non Autenti ascendit, neq; lege Plagalis  
Deprimitur Tonus, is neutralis rite uocetur.*

Exemplum est Anti 1. To. Dominica 7.  
post pente. Misereor super turbam etc.

### Paradigma.



Fuga in Epi diapas. 8. To. Ten.

Mixtus Tonus, est qui utrumq; ambi-  
tum, hoc est, Epi diapas on a finali Clauē pa-  
riter cum subdiatessaron continet. Qui,  
quemadmodum imperfectus, ex suprema  
repercussionis suæ Notula iudicari debet.  
Vel (ut quidam opinantur) cum huiusmo-  
di cantilenæ ex epi diapente ad sedes descen-  
dunt,

E 2

dunt,

dunt, Acutus, Sin uero ex subtertia uel subdiatess. in finales scandunt, Grauibus addicantur Tonis,

### De Tono mixto.

Qui uelut Autentus conscenderit, utq; plagalis Depressus fuerit Tonus, ipsum dicitur mixtum.

Exemplū, Respon. de Visitatione Mariæ,  
O pleclara.

### De Tono plusquamperfecto.

Plusquamperfectu Tonus impar est Diapason Qui superat sursum, uerum par usq; deorsum.

Paradigma. de mixt. To:



In Epidiapas;

Ten: 7. To:

### De Musicorum licentijs.

Quinetiam cuiq; Tono, Musicorum ex, licentia, binæ ultra naturalem eius cursum, accomodantur uoces, una in sublimiori, altera in inferiori modulationis parte, qua

b,  
li.  
te quare tum decimam complere ua-  
lent.

## Quomodo singulorum Tonorum. cantus incipi debeant.

|                    |                                   |                  |          |                              |
|--------------------|-----------------------------------|------------------|----------|------------------------------|
| Cantica<br>Tonorum | 1. 3. 5. 7.                       | incipiantur uoce | Submissa | altum                        |
|                    | 2. 4. 6. 8.                       |                  | acuta    | quia in profundum<br>tendūt. |
|                    |                                   |                  | mediocri | utrunq;                      |
|                    |                                   |                  |          |                              |
|                    | 1. et 2. 3 et 4. 5 et 6. 7. et 8. |                  |          |                              |

## De Tonorum transpositione.

III  
o:  
n  
r.  
i.  
r.  
r.  
Transpositio Toni seu cantus, est canti-  
lenæ alicuius a sede peculiari ad peregrina-  
nam, translatio. Quam in cantu plano, ubi  
singuli Toni in proprijs suis Finalibus ap-  
tissime accinuntur, minus necessariam esse  
duco Proinde potissimum Mensurati con-  
centus causa inuenta est, in quo, & precipue  
primus cum secundo Tono a finali D. non  
raro, sub Scala b molli, ad Epidiateffaron  
G. transponuntur, ut scilicet mutuum, Te-  
E 3 noris

noris & Baritonantis, in Compositione (ut Symphonistis arte probatis constat) impedimentum tollatur. Et est triplex, uidelicet, Quartaria, quæ cantum ad quartam, quintaria, ad quintam, Diapasonica ad octauam, tollit uel demittit, Quarum prior, primo 2, 3, 4, 7. & octauo Tonis, Systema hdu- rum in b molle mutatum, commodior quam quintaria æstimatur. Siquidem ad huiusmodi Clauis Cantus rranspositio fieri debet, in quibus eadem uoces, quæ ante transpositionem canebantur, cantari queant, Id quod præsertim quartariæ, & Diapasonicæ translationi accidit, Tonorum enim ac Semitoniorum digestio, in solis quartis, & octauis prorsus æqualis existit. Verum quintus et sextus Toni, sub Scala hdura, quintariam gliscunt transpositionem. Quamuis quinto, ob nimiam eius intentionem, dexterior quartaria translatio substituta, reputatur quam quintaria, utpote, cum ex Clauibus, C, D, E, F, G, a, h, mi, c, compositus, in C, maiuscula cessat.

De syllabica, cantus rranspositi,  
cognitione.

Tonus rranspositus haud facilius, quam  
per

per quatuor extremarū Clauium uoces, Re, Mi, fa, Sol, dignosci potest. Quibus diligenter obseruatis, nihil deinceps obstaculi erit, quin quisq; concentus dijudicari, peculiarisq; suo Tono dedicari ualeat. Nimirum cantus desinens in re, id est, in Clauē ubi re cantatur, est primi uel 2. Toni, in mi tertij uel 4. in fa quinti uel sexti, in sol, hoc est, ubi sol descendendo, et ut ascendendo concinitur, Septimi uel octaui erit Toni.

### Annotatiuncula.

Finem et medium in huiusmodi cognitione, obseruabunt pueri, hoc modo.

|    |                    |                 |     |                 |      |   |                 |
|----|--------------------|-----------------|-----|-----------------|------|---|-----------------|
| In | } sine, per uoces. | I.              | 3.  | 5.              | 7.   | } | cognoscāt tonos |
|    |                    | Re,             | Mi, | Fa,             | Sol. |   |                 |
| }  | medio, ex cursu    | 2               | 4.  | 6               | 8.   | } | cognoscāt tonos |
|    |                    | } acuto, acutos |     |                 |      |   |                 |
|    |                    |                 |     | } graui, graues |      |   |                 |

Expositio.

E 4

Omnes

Omnis cantus transpositus,

Expositio.

|        |                   |              |                     |
|--------|-------------------|--------------|---------------------|
| hdur.  | } in sol, sc̄t in | { G, g }     | } exiens, 7 uel 8,  |
| bmoll. |                   | { C, c, cc } |                     |
| hdur.  | } in fa, sc̄t in  | { C, c, cc } | } cessans, 7 uel 6. |
| bmoll. |                   | { B, b, bb } |                     |
|        |                   | { F, f, ff } |                     |
| hdur.  | } in mi, sc̄t in  | { E, e, ee } | } definit, 3 uel 4  |
| bmoll. |                   | { A, a, aa } |                     |
| hdur.  | } in re, sc̄t in  | { A, a, aa } | } terminat, 1 uel   |
| hdur.  |                   | { d, dd }    |                     |
| bmoll. |                   | { r, g }     | (2,                 |
|        |                   |              |                     |

De

Toni est.

## De Tonorum Tenoribus.

Tenor hic, compendiosa est melodia, in Tonorum repercussionibus, quinque aut sex Notulis contenta. Quæ perpetuo uniuersis psalmorum uersibus in fine adhibetur, quare priscis, **Euouae**, quod omiſſis conſonantibus, ſeculorum amen designat, appellatur, quia quemadmodum ſeculorum Amen in Gloria patri. ita hæc clauſula in ſingulis uersibus psalmorum, ſinem obtinet. **A Tenendo** ita dictus, eo quod cantum, ne Toni ſui proprietatem amittat, teneat ac conſeruet. Porro quiſque Tonorum peculiarem ſibi Tenorem uendicat, qui ſemper in ſuperma Repercuffionis ſuæ. Notula, inchoatur. Quorum exemplum paulo poſt indicabuntur

### Pſalmorum diuiſio.

Pſalmi in maiores, & minores diſiunguntur. Miores ſunt Magnificat, & Benedictus. Miores appellantur cæteri omnes, a Dauide propheta æditi. Qui omnes ferme in ceptione, iuxta Tonorum uarietatem, admodum diſcernuntur, demptis primo, qui

E 5

cum,



cum sexto, & secundo, qui cum octauo Tono in initio quadrat.

### Annotatiuncula.

In Psalmis maioribus, ubi dictio, pau-  
sam in medio generalem, præcedens, sit uel  
proprium, nomen, aut monosyllaba, ut tu,  
fac, me, te, etc, uel Hebraica, ut Effraim, Hie-  
rusalem, Israel, Jacob, Aegiptum Amalech,  
Sifare, Endor, zeb, Moses, Aaron, Joseph,  
Isaac. Vel barbara seu indeclinabilis, ut A-  
starot, Senaherib etc. ipsa contra Toni na-  
turam eleuari debet. Quod communiter  
1. 2. 4. 5. 6. 8. Tonis usuuenire solet.

### De Tono peregrino.

Tonus peregrinus, est differentia quæ-  
dam, septimo Tono, ut Franchinus tradit,  
adscripta. Quæ, cum nec ultra octo nume-  
rantur Toni, rectius peregrinæ differentia,  
quam Toni peregrini nomen habere pote-  
rit. Ita dicta, quia rara admodum, ac peregrina  
in cantibus sit, siquidem ad solam An-  
tiphonam. Nos qui uiuimus, & ad psal-  
mum unum, uidelicet, In exitu Israel, Te-  
nor ipsius decantari solet.

Caput

Caput VII de Tonorum compositione, eorundemq. proprietatibus.

Compositio Toni, est modorum usitatorum iuxta proprietatis suæ exigentiam, consona syntaxis. De qua hæc tria pueris animaduertenda censeo, ut sequitur.

1. In initium, ubi inchoanda sit, & mollis ne, an hura debeat esse harmonia.
2. Medium, quantum cleuanda in medio aut deprimenda sit, & quam habeat repercussionem.
3. Finis, ubi regulariter, seu irregulariter finiatur cantilena.

De utilitate huius compositionis.

Nimirum hanc Tyrones, ex illa compositione, haurient utilitatem, ut non tam cantum uerum a falso cognoscere, urbanum a uulgari iudicare, falsumq. emédare, quam nouum etiam a se ipsis inuenire & componere queant.

Quatuor, ad syntaxis praxim, requiruntur. Primum,

In

In Tonorum syntaxi hi sex modi potissimum usurpari solent, utpote, Semitonium, Tonus, Semiditonus, Ditonus, Diareffaron, Diapente. Reliqui uero, Semitoniumdiapente, Tonusdiapente, Diapason, raro, præterquam in certis iuis Tonis inferuntur. Prior siquidem modus, in tertio aut quarto, alter in primo, Diapason autem in singulis quandoq; Tonis, locum obtinet.

### Secundum.

Crebra, clausulæ uel modi eiusdem uero in loco, repetitio, uitari debet, Tradente Philomate. Nanq; frequentatum turbat, recreat uariatum. Item Eras: Roterò. Nil odiosius, quam quod semper idem est. Quinetiam Modi prohibiti, Tritonus, Semidiapente, Semidiapason, etc, tanquam uitia prorsus fugiendi sunt.

### Tertium.

Caueat Tonorum compositor, ne in re lamentabili, iucundum, aut in læta tristem Tonum adhibeat, despectuiq; tandem habeatur.

beat. Quare melodiam præfertim uerbis, id est, textui Notulis applicabili, quadrare studeat, ut quum de amore, præcatione, uel lamentatione fuerint uerba, flebiles & adulatorias melodias (ut in 2. 4. & sexto Tonis) applicare debet. Porro cum uerba indignationem et seueritatem sapiunt, asperos & seueros, pro uiribus, disponat sonos, quod tertio ac septimo competit Tonis.

### Quartum,

Claves characteristicae ita, in quinque linearum serie statuentur. F. in primo, 3. & 8. Tonis perfectis secundam, In secundo quartam, in quarto, & sexto tertiam, In quinto & 7. infimam occupabit lineam. Quibus rationabiliter digestis, practicus, clausularum uariarum, tanquam Poeta Synonimorum plenus, auspiciu capiat, ut sequetur:

### Expositio Typi subiuncti.


Grauiissima, huius paragraphiae, Notula, remissionem, altera exitum, tertia repercussionem, Supremaque intensiorem Tono rum significat. Verum quadrati, & sphaerici  
b. in

**b. intermixtio**, cantus qualitatem indicat.  
Quibus quemlibet Tonum mi in h. clauē  
exigere perspicitur, dempto quinto, et sex-  
to, qui ut priscis placuit, permixtim mi & fa  
in ea flagitant. In recentiorum uero musico-  
rum additionibus, fa solum ibi accinitur, ut  
in Typo subscripto cernitur. In quo in gula  
fere ad Tonorum syntaxin deseruiētia, sci-  
licet intensiōnes, remissiones repercussio-  
nes, ac fines eorum, tanquam speculo oculis  
exponuntur, et quasi ex fonte ab eo proman-  
nant.

### Speculum & fons octo Tono- rum regularium.

*Perficit (ut dictum est) sibi quisq; Tonus Diapason,  
Omnes Authenti hoc quia perficiunt in acutum.  
Plagales complent in acumine Diapenten,  
Et grauitate tibi complent diatefferon omnes.*

Appen-



### Appendix.

Porro cum singuli Toni peculiare, & varias usurpent Claves initiales, non absre eas pueris signis quibusdam, nempe, ubiq; in clauium digestionem, per literas in uertice punctatas, indicare uisum est. Verum in concentu mensurato sapenumro clauis omnes ferme, in cuiusq; Toni ambitu comprehensæ, pro exordijs usurpantur. Præterea cuiq; Tono, ut supra tradidimus, duæ Notulæ, ultra naturalem, eius cursum, ex Musi-  
 corum

corum licentia, conceduntur, una in supremo, altera in imo clauium loco.

## De Tonorum proprietatibus.

*Insuper auditu cognosce Tonos, quia quiuus  
Proprietate sua specialem fert melodiam,  
Primus enim est hilaris, mœrore secundus obundat,  
Tertius austerus, quartus blandimimis auctor,  
Quintus delectans, Sextus plenus lachrimarum,  
Septimus indignans, Tonus est placabilis exter.*


## In praxin manu ductio.

Hic obseruabunt pueri, quemq; Tonorum peculiarem melodiæ suæ proprietatem sibi adsciscere. Quocirca omnium iucundissima & morosa primi Toni cantio, cui laudis & modestiæ uerba conueniunt, construitur ex hdui Systematis Clauibus Licenter C. naturaliter, D. E. F. G. a. hmi. c. d. licent. e. finiturq; in D. Exemplo est, *Nit fried vnd freud ich fahrdahyn. Odder wyr gleuben.* Vel Antipho. Dominica Trinitati, Gloria tibi trinitas etc.

## Paradigma.

licent.

licent.



Ten:  
Dis:

Fug. in Epidiapas: licent. Ten. 1. To.  
Irregularis I. Toni compositio.


Licen. F, natur. G. a. b. c. d. e. f. g, licen. aa.  
finitur in G.

Secundi Toni canonici, syntaxis,

Symplex, humilis, ac moesta, secundi  
Toni contilena, cui uerba de amore, pre-  
tione, mortis petitione, aut quavis lamen-  
tatione adscribuntur, formatur ex hduæ  
Scala Clauibus.

Licen. r, natur. A. hmi. C. D. E. F. G. a, licen.  
b, cessatq; in D. Exemplo, Christe qui lux es,  
uel Dominica XVI post pentecof: Respon-  
soria, Exaudiat Dominus. Tua est potentia.  
Impetum inimicorum, etc.

Paradigma.



Ten:  
Dis:

In Epidiapas. 2. To. Tenor.  
F 2. Toni



## II. Toni transpositi, constructio

Licen, C, natur. D. E. F. G. a, b, c, d, finitur  
in G.


### De tertij To. regularis, formatione

Austerus, furibundus, & indignans ter-  
tij Toni cantus, cui seueritatis, indignatio-  
nis, & increpationis uerba congruunt. sta-  
tuitur ex Systematis hduri, clauibus.

Licen, D. natur. E. F. G. a hmi, c d e, licen-  
f. Definitq; in E. Exemplo est, Antipho. In-  
trauit autem rex, & Domi: 19. Respon. pre-  
cipita Domine.

### Paradigma.

Ten:  
Baf:



Epidiapasonica Fuga. Ten: 3. To:

Irregulariter sic statuitur.

Licen, G. natur. a, b, c, d. e. f. g. aa, licen, bb.  
finitur in a.


### De Quartij Toni canonici, con- stitutione.

Adula

Adulatoria, & gemebunda, Quarti Toni cantilena, quæ textu secundi, et Sexti Toni proprietatem ferme imitatur, ex hduæ Scalæ Clauibus contextitur sic,

Licen. A, natur. Hmi. C. D. E. F. a, hmi, licen. c. exit in E. Exemplum, Ach got von himmel sihe darein / & Do. Pent. Antipho. Vigila super nos.

Paradigma,



Ten:  
Bas:

Fuga in subdiapent. Quarti To: Ten:

Irregulariter hoc modo.

Licen. D, Natur. E. F. G. a. b. c. d. c, licen. f. desiniq; in a.

Quinti Toni canonici, compositio.

Modesta, ac delectabilis quinti Toni cantio, quæ iuxta textus proprietatem, primo & 8. Tonis quadrat, constituitur ex bmollis Systematis Clauibus.

Licen: E/natur. F. G. a. b. c. d. e. f.


F 2

licen:

licen. g. cessatq; in F. Exemplo est **Gott der vater won vns bey,** & Do. XIX Respon. Indicabo tibi homo.

Paradigma.

Ten:  
Dis:



Fuga in Epidiament.

5. To: Ten.

Quinti To. transpositi, syntaxis.

Licen. Hmi. natur. C. D. E. F. G. a. hmi. c. licen. d. desinit in C.

Sexti To. regularis, formatio.

Lachrimosa ac humilis, sexti Toni modulatio, quæ in textus applicatione, partim secundi & quarti Toni adsciscit proprietatem, fingitur ex bmollis Scale Clauibus Licen. B, natur. C. D. E. F. G. a. b. c. licent. d, desistitq; in F. Exemplum, **Nu bitt wyr den heyligen geist/** & Domi: XIX. Ref: Super muros tuos Iherusalem.

Paradigma.

Ten:  
Dis:



Fuga in Epidiapass, post 2. Se:bre, Te: 7. To.

Sex


Sexti To. transpositi, digestio.

Licen. F, natur. G a. hmi, c. d. e. f. g. licen. aa.  
finitur in c.

De septimi To. canonici, com=  
positione.

Indignans, ac seuera septimi Toni can-  
tilena, eiusdem ferme cum tertio Tono, pro-  
prietatis, statuitur ex hdurae Scalae clauibus  
Licen. F, natur. G. a. hmi. c. d. e. f. g. licen. aa.  
terminatur in G. Exemplo est Antipho. Pro-  
prio filio suo non peperit deus. Item Do-  
mi: Pentecof. Respon. Factus est repente de  
coelo sonus.

Paradigma.



Ten:  
Dis:

In Epi diapas, post Temp. Ten. sexto.

Sic irregulariter construatur.

Licen. b, natur. c d. e. f. g. aa bb. cc.  
licen: dd. definitq; in c.

De formatione octauæ To.

non transpositi.


F 3

De,

Decens, placabilisq; octavi Toni, con-  
 centus, qui primi & 5. Tonorum imitatur  
 proprietatem, ex hduri Systematis clauibus  
 creatur, sic Licen. C, natur. D. E. F. G. a hmi,  
 c. d, licen e, finitur in G. Exemplum, *Ge-*  
*lobet seystu Ihesu Christ / & Dominica*  
*XIX. Respon. Dirumpam uincula popu-*  
*li mei.*

Paradigma.

Ten:  
 Dif:



In Epidiapas:

Ten: 8. To.

Trāspōsitī VIII. Toni, compositio.

Licen. F, natur G. a. b. c. d. e. f. g.

licen. aa desistitq; in c.

Annotatiuncula.

Quonquam octauus cum primo Tono  
 eundem Scalæ usurpant ambitum, easdem-  
 q; Claues. In fine tamen maxime discernunt  
 tur, ut ex eorum finalibus cantionibusq;  
 claret.

Caput septimum de facili.

Accen-

Accentuum in Euangeliorum Epistolarumq; Iectionibus, pronunciatione, pro pueris congestum,

Accentus Musicus, est debita, syllabarum finalium, iuxta succedentium punctorum exigentiam, eleuatio ac depressio. Vel, ut quidam uolunt, est melodia, quæ dictio- num syllabas, iuxta accentus naturalis exi- gentiam, regulate pronunciat. Et dicitur græce  $\omega\rho\sigma\omega\delta\iota\alpha$ , a  $\pi\rho\sigma$ , id est ad, &  $\omega\delta\eta$  can- tus, quasi ad, uel iuxta cantum, quia ceu ca- nendo, syllabas uoce intendere ac remitte- re docet. Dicuntur autem finales syllabæ, proxime puncta in sententiarum distincti- one, præcedentes, ubi perpetuo uox huma- na, uel eleuari aut demitti ac pausare solet.

### De accentuum uarietate.

Accentus, hoc loco, triplex est, uideli- cet, Acutus, qui syllabam finalem ex Subse- miditono ad tertiam tollit. Cuius puncta sunt: /

Medius est qui ex subtertia syllabam fina- lem per Tonum erigit. Inditium illius est punctus interrogationis fit:

F 4

Grauis,

Grauis, est qui syllabam finalem in Sub  
semiditono terminat. Cuius punctum est  
Periodus ita, ut in notularum exemplo  
claret.

### De quinque punctorum, generibus.

Punctum est signum, segregans intelle-  
ctum, & spiritum recreans prolatoris. Et est  
quintuplex, uidelicet, Comma: Colon, Vir-  
gula/Interrogatio: & Periodus sic. Quæ u-  
na cum lectionis fine, diligentissime obser-  
uabunt pueri.

### De pronunciatione punctorum predictorum, ac Lectionis conclu- sione seu fine.

Comma: Colon, & Virgula/eiusdem  
fere pronunciationis, syllabam ultimam  
quandoque cum penultima, ex Subsemidito-  
no ad initij locum, reduci uolunt. Appella-  
turque Accentus acutus, quia syllabas acuit,  
id est eleuat.

Interrogatio: syllabas ex tertia remissa  
per Tonum modo intendit. Et medius nun-  
cupatur Accentus, quia medium, aliorum  
Accentuum, locum occupat.


Periodus

Periodus, per Semitonium, ac Tonum,  
 ab exordio gradatim remittitur. Id quod  
 duntaxat in sententiarum conclusionibus  
 fieri solet. Et Grauis accentus nomen habet,  
 quia syllabas deprimit.

Finis autem seu conclusio Lectionis,  
 ex submisso Semiditono, per Tonum, ac Se  
 mitonium ad Acuti accentus locum redu  
 ci debet, ut hic clarissime cernitur.


### Paradigmata.

De initio lectionis.




Sequentia sancti Euangelij secundū Lucā.  
 Lectio Epistolæ Pauli ad Romanes.

De Acuto accentu,



Comma: Colon, Virgula/ sic eleuentur.

De medio.



Quæstio


ita formetur:

F 5

De




## De graui.



Periodus, autem ita cadet.

## De Conclusionē.



Lectio sic finitur.


## Caput VIII, de compendiosa faciliq; Diatonica Monochordi, dimensione.

Monochordum, unius chordæ, unde nomen habet, Instrumentum, duarum uel trinarum oblongum, trium pluriumue digitorum latum ac spissum, Pythagoræq; ut aiunt, inuentum. Ex quo singula instrumenta Musicalia, ceu fonte, promanant, proinde parens omnium instrumentorum Musicalium appellatur. Nimirum si dimensura


sura

fura, tione legitima iuxta literarum musica  
 lium inscriptionem, præparatum fuerit, sin  
 gularum Clauium sonum rectiformem, ra  
 tionemq; Musicæ melodiæ ædet. Quod  
 hoc modo dimetietur. In medio Instru  
 menti longitudiuus linea una cæca, exordij,  
 & finis puncta attingens, trahatur. Iuxtaq;  
 punctum initiale litera F, clauem proximã  
 sub rut declarans, ponetur. In fine uero  
 Nulla O, ad quam singulæ fere se  
 ctiones, tanquam ad certum sco  
 pum, dirigentur, ut in sub  
 iuncta cernitur  
 figura.

Monochordij diuisionis



# Praxis diatonice, Monochordi, dimensionis,



## Cautiuncula.

Demum per longitudinem Monochordi apte mensurati, una chorda satis grossa & extensa, tracta, plectroq; pulsata, omnium uocū uarietates auditui patefaciet. De quo hæc paucula iam sufficiant, quia in germanica instrumentali Musica, Anno. 1545, a me in lucem data, de illo, alijsq; uarijs Instrumentis Musicis plus satis doctum est. Quam Instrumentalem una cum presenti Musica iam apud me uenales reperient pueri.

## Errata.

B. 7. de puncto additionis, pro augmentationis, augmentationis legetur.

C. 2. lat. pri. uersu oct, pro moderini, moderni leg.

D. 5. lat. 2. uersu ultimo, pro Semitonus, Semiditonus leg.

E, lat. 2. uersu pri. pro Acutus, Acutis legetur,

E. 5. lat. pri. uersu 16, pro exemplum, exempla legetur.

## Conclusio.

Cæterum

Cæterum scias optime puer, caracte-  
rem b. quadrati, necessitatis causa, hic sæpe  
numero omissum, pro eoq; perpetuo h. lite-  
ram usurpatam esse. Quocirca si eam ante  
uoces, mi, durus, dura, durum, duralis, etc.  
reperies, ita hmi hdurus, hdura, hdurū, hdu-  
ralis, eam, in quadratum musicum h. muta-  
re potes.

Nota.

Claves Tonorum initiales, ex Quæstio-  
nibus Musices punctis in uertice pernotabis  
puer.

Siquidem Typographus puncta, coac-  
tus (ut ait) omisit.

Sequitur Testudinis Collum,  
Clauibus Musicalibus.  
præparatum.

De cæteris huius Colli neces-  
sarijs, Instrumentalem  
confu'e.

|                |                |                |                |                |                |
|----------------|----------------|----------------|----------------|----------------|----------------|
| G <sub>e</sub> | C <sub>e</sub> | F <sub>e</sub> | b              | d <sub>e</sub> | s <sub>e</sub> |
| A              | D              | G              | h              | c              | a              |
| D              | d <sub>e</sub> | G <sub>e</sub> | c              | f              | t              |
| F              | F              | a              | e              | f <sub>e</sub> | h              |
| C              | F              | B              | D              | g              | f              |
| C <sub>e</sub> | F <sub>e</sub> | h              | d <sub>e</sub> | d <sub>e</sub> | a              |
| D              | G              | F              | E              | a              | d              |
| Y              |                |                |                |                | e              |
| G              | C              | F              | a              | d              | s              |

Magdeburgæ per Michaellem  
 Lottherum,  
 Anno. 1547.